

examine contendendo.

Procedente tempore cum contra
statuta pacta a senensibus se pul-
satos epi dicerent florentini et se-
nenses requisiti non resisterent a-
proposito. cum iam per biennium
castro montispulciano guerram fe-
cissent insurrexerunt adversus eos
potentissime florentini annuntiata
per preconem secundum consuetudi-
nem diei et victorioso preeunte car-
roccio cum per duos menses iam cam-
pana bellicosa pulsata fuisset in-
traverunt comitatum senensem
prope castrum montaltum dictum
castra ponentes potestate tunc inter
cetera taliter contionante:

Invito florentia trahitur ad
bellandum et indebite cotidie con-
tra iura vexatur. Surgitur
clipeum deferentes solatium pre-
liando lucrantur et armorum
onus est leve ac suave inter bellan-
tibus pro iustitia et crescit honor